

Franckesche Stiftungen zu Halle

**M. Io. Henrici Ackeri Oratio Habita In Adventvm Novorvm
Theologiae Professorvm In Templo Pavllino Academico**

Acker, Johann Heinrich

Ienae, MDCCVI.

VD18 15237435

[M. Io. Henrici Ackeri Oratio Habita In Adventum Novorum Theologiae
Professorum In Templo Paullino Academico]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)



PRO-RECTOR MAGNIFICE,
PATRES ACADEMIAE CONSCRIPTI,
VIRI
ILLVSTRES, MAGNIFICI, CONSVLTISSIMI,
EXPERIENTISSIMI,
ATQVE
IN OMNI LITTERARVM GENERE
EXCELLENTES.
HOSPITES HONORE, DOCTRINA ET
PRVDENTIA CONSPICVI,
ATQVE TV, QVAE ADSIDES, QVAE CIR-
CVMSTAS, ET HONESTA STVDIA AEMV-
LARIS, GENEROSISSIMA PRAESTAN-
TISSIMAQUE IVVENTVS
MVSARVM DELICIVM,
HVIVSQVE ACADEMIAE LITTERIS ET
VIRTVTIBVS EXCELESE FLORENTIS
ORNAMENTVM.

I. N. I.



Ristis huc vsque fuit Academiae nostrae fa-
cies, mentes omnium ambiguo metu su-
spendebantur. Excedebant adytis nostris
purae doctrinae priscaeque sanctimoniae
adsertores ac duces, oratores maximi, sa-

A

crorum

erorum interpretes perspicacissimi atque incomparabile-
ad exitum vitae vocabantur. Magnus ille Baierus, noster do-
ctrina & cura, noster innumeris beneficiis repente*n*o consi-
lio deferebat Ienam, quam moribus ornauerat, cuiusque
decus & amplitudinem firmissimis semper defenderat prae*s*is
eiis. Quanto ingenio, quantaque doctrina florebat Goetzius,
omnium, quos sol intuebatur, Theologorum eloquentissi-
mus. Euolauit vero ille ad sereniora, nobisque praeter im-
mortalem nominis gloriam nil nisi triste sui reliquit deside-
rium. In tantis, quae Academiam nostram turbabant pre-
mebantque procellis, stabat ac vigebat Velthemi*us*, ille con-
tra sentientium terror ac fuga. Sed nec hoc gaudium diu vi-
debatur duraturum intercurrentibus subinde, vt indoles
est rerum humanarum, acerbioribus quibusdam, quæ vi-
rum fatigarent, mortemque tam nobis ingratam, quam
suis molestam accerferent. Spes tamen adhuc erat omni-
um, ordinem Academicum in prae*cip*uis membris resti-
tui mox posse; verum diffuere illa magis, & abscondi vi-
debamus moesti atque attoniti. Sustulit immritis ac per-
tinax morbus, vel potius arcana supremi numinis prouid-
entia non solum Weissenbornium thesauris sapientiae
& eloquentiae copiis abundantem; sed & senectus, quae
ipsa morbus, Bechmannum eripuit de Academiae rebus
meritisimum. In squalore & lucitu tota erat ciuitas, v-
nusquisque prudentiorum ciuium Numen credebat sce-
leribus nostris iratum, ac poenae id loco nobis irrogari.
Alii, vt sunt mobiles ad superstitionem percusse semel
mentes, existimabant fato id fieri quodam, cuius lex esset
inevitabilis, imminere totius Academiae interitum, nul-
lo modo, nullaque ratione impediendum. Lugebant
scholae,

scholae, templa, sacerdotes, immo organa quae toties
Deum cecinerant, totque piis sancto placuerant carmine, si-
lebent, & quandam quasi tristitiae sensum præ se ferebant. Ar-
denti interea prece Deo commendabatur salus Academiae,
mitteret ille egregios Doctores, qui iuuentutem ad praecolla
litterarum studia, omnemque Numinis sensum erudirent,
quo secundis ventis plenisque velis in portum beatæ vitae
appelleret, inque eundem alias etiam diuina virtute per-
duceret. Ita nobis euenerunt omnia, ut precati a Deo im-
mortali sumus. Appropinquauit hora omnium votis cu-
pita, speciem mihi videor videre reuiuiscentis Academiae,
& ad antiquum litterarum cultum, nitorem & elegantiam
exurgentis. Cum Nerua atque Traianus, principes in
quibus spes publica futurae tranquillitatis florescebat, ad
gubernacula reipublicae accederent, latabantur omnes,
multi exclamabant: Respubl. ad prosperrimum statum re-
diit bonis principibus ingenti felicitate commissa. Quid
impedit, Auditores, quorum in præsenti multis precibus
ambire fauorem superuacaneum esse existimo, quid im-
pedit, inquam, quo minus & nos dicamus: Acade-
mia Ienensis ad prosperrimum statum rediit, bonis
Theologiae Doctoribus ingenti felicitate commissa. Qui
virtutes bene docentium describunt, requirunt in illis
pietatem, compendium illud virtutum omnium, artis,
quam profiteri volunt, peritiam, denique facultatem ad
genium & captum discentium se accommodandi, & ad
finem propositum consequendum cuncta rite disponendi.
Iam queso contuemini illud formosum os, omnique si-
mulacro emendatius Magnifici nostri Foertschii, nonne
oculis micat ipsis diuino plena mens spiritu? nonne ex in-

cessu & toto vitae habitu singularis probitas, vitæque incredibilis moderatio perlucet. Non ita abundo ingenio, ut omnia quæ ad pietatem viri pertinent diserta oratione explicare valeam: hoc tamen saepius audiui, scriptum illud de Christianismi in Deo tranquillitate prodere pectus euangelica luce collustratum, sincero Dei amore imbutum, vegetum tandem exardescens spiritus impetum, ipsis cœli conuexis sese inferentem. Et quid commouit Serenissimos Saxonie Duces, ut Foertschium, indelebile illud ordinis sacri decas, in hanc Academiam conuocarent? Pietas. Quid Foertschio conciliauit Serenissimi Würtembergiei ducis fauorem singulari constantia memorabilem? Pietas. Quid denique effecit, ut omnes etiam inferioris ordinis homines apertissimis signis Foertschium sibi charum esse ostenderent? Pietas, atque singulari humanitate temperata grauitas, quae muneri dignationem, doctrinae vero pondus insigne addidit. Neque vero dubitatum unquam de virtutis exercitatione, summaque pietatis cura Magnifici nostri Buddei, quem natura ipsa ad se dataam viuendi rationem arcano quodam motu inflexit, educatio diuina virgula praeparauit, doctrina rationibus suis erudiit. Miramini, Auditores, qui dicere possim, quod de pietate summe reuerendi Buddei nostri nemo dubitauebit, cum nulla res fere sit hodie, quae non in dubitacionem adducatur. Sed non obscura huius rei potest causa esse. De rebus quae certae sunt, atque oculis ipsis cernuntur, nemo venit in dubium; at res in obscuro adhuc positae nonnullam hominibus adferre solent dubitacionem. Cui vero pietas Magnifici nostri Buddei, quam facta potius exercet, quam inani adparatu ostentat, incognita.

ta. Quem illud idem dicendi ac sentiendi studium, candor cum charitate & iuuandi quosquis nullis inhians lucellis ardor potest fugere? Sed de aliis etiam est dicendum, quibus excellentissimi nostri Theologiae Professores eminent, virtutibus, debiti & officii potius, quam alicuius vberioris apud ipsos auctupandae gratiae nomine. Duo imprimis sunt morbi, quibuscum iuuentus in Academiis conflictatur, ignorantia & effrenis sapiendi licentia. Illa deprehenditur in ignavis, voluptatibus deditis, & nullius animi hominibus; haec in ambitiosis, qui non verentur iactare secum & natas & morituras litteras. His morbis generosa sunt opponenda remedia, ut & feliciter expellantur, & expulsi nunquam recurrent. Ex mente autem sapientum nullum poterit remedium excogitari fortius, quam vera, solida & severa eruditio. Haec enim emendat mores nec feros esse sinit, haec dicit ad ueram felicitatem, haec affectus natura animis hominum insidentes amonet, mitigat, ut quae saluti sint, tutius videant, & praeclara facinora promptius designent. Atque haec curata, casta & sancta doctrina in nouis etiam nostris Theologiae Professoribus conspicitur. Nam ut a celeberrimo Foertschio incipiam, quid in illo posset desiderari? an rerum diuinarum humaharumque scientia? sunt de comparatione finium christianorum, sunt de quiete operosa sanctorum, sunt de regimine Dei per leges, de ὁρισμῷ filii Dei, scripta orationis ornamentis & argumenti grauitate eximia: nulla praeterea pars moralis Theologiae ab eo non pertractata & absoluta diligenter, ornata & copiose? An disputandi ratio? Deus immortalis dum is vestigat ac iustrat sedes argumentorum, eorumque robur ac neruum, per aspera

atque arida quém cursum eius tēnet oratio? An dicendi
ratio praestanti Theologo digna? eam a puerō vsque &
cupide & laboriosissime prosequutus inter principes ora-
torum sacrorum insigniter consulſit. Testor ego hic vos,
excellentissimi Academiae proceres, quos pro eximia vir-
tute, summisque honoribus, quibus ornati, honoris caus-
sa nomino. Appello te corona iuuētūm honesta studia-
aemulantium, quae secundo Paschatos festo die excitata
Foertschianae eloquentiae fama in aedes sacras omni festi-
natione properabas. Nonne in oratione ipsa sequentia
antecedentibus respondebant, nonne principio finis erat
illustrior, nonne spes, quae summa erat, re ipsa tamen
longe inferior fuisse videbatur? De te vero quem omnis
Hala admirata est, omnis Iena colet, & obseruabit, sapien-
tissime Buddes, quid dicam? Tu commonstrasti nobis
viam apertam & facilem, vt passim & ordinatim iremus
ad matrem omnium artium & disciplinarum Philosophi-
am, vt, quum primum per te intellectus nostri defectus
sciremus, sciremus etiam eosdem emendare, essetque
nobis instrumentum aliquod ad sapientiam, vt neque fal-
lere, neque falli possemus, dum abdita quaedam naturae
vestiganda, ratio perueniendi ad sumمام felicitatem
soritanda, actiones vel ad leges naturae vel ad prudentiae
regulas dirigendae. Breuibus me expediam: fama eru-
ditionis, qua cum paucis emines, non stat intra patriam,
sed ad illas nationes est prouecta, quae, quod aequum,
de litteris iudicant, & in vulgari censu relinquent omnes,
cultioris doctrinac vel rudes, vel parce nimis ac modice
peritos. Quae vero futurae laudum tuarum accessiones?
qui honores, quae praemia cum immortalitate conferen-
da?

da? qui numerus summa contentione ad officia tua certantium, quando lexicon, quod moliris, vniuersale, opus illud diffusum, eruditum, nec minus varium, quam ipsa natura, in lucem publicam prohibet. Sed, A.H., in compensatione mihi difficile est ad iudicandum rerumne humana- rum peritia, an diuinarum scientia in ipso pluris aestimanda? Utroque enim specimina dedit egregia; ex quibus iuuentus fructus percepit uberrimos. De scriptis humanae sapientiae praecelta tradentibus audiuitis, de reliquis mentio erit mouenda. Cui non sunt lectae eruditiae illae in Petri Chauuini librum de religione naturali animaduer- siones, quibus, quae a nostris Theologis constanter statu- tis, communi calculo atque consensu firmata & stabilitas, tanta defendit moderatione, ut nec amori, nec odio in- dulgens veritatem interdum ab Vrignyi stare partibus, quandoque in Chauuini militare castris ostendat. Sacra- rum rerum prudentes existimatores statim exinde cognoverunt, quae Buddei in perscrutandis coelestibus oracu- lis ingenii vis ac sagacitas; quae modestia, per quam clara & stabilis auctoritas comparatur; qui Theologicae eruditio- nis adparatus. De ceteris nihil dicam, Auditores honoratis- simi, ipsi enim cognoscetis, quae tam Magnifici Foertschii, quam summe Reuerendi Buddei in erudienda pube fides; in explicandis animi sententiis evidentia; in tuenda veritate & retundendis aduersariorum argutiis iudicii vis ac acrimo- nia, quando vel e cathedra docebunt, vel domesticas habe- bunt scholas, diuinas scientias tradituri. Gaude ergo tuo tam insigni bono Iena, gaude Academia omnigenae sapientiae ac virtutis officina, laetamini eives cultum bonae mentis bonique moris professi. Ad sunt celeberrimi Theologiae

Docto-

Doctores, adsunt qui ducant, qui manu leuent, qui regant vacillantes, & quod praecipuum, pietatis nec ad superstitionem, nec in simulacrum compositae studium urgeant. Gratias agite Tubingae, quae suum nobis Foertschium concessit; laudate Halam, quod prioris beneficij memor nobis non tam suum, quam nostrum Buddeum reddiderit; denique, quia incolumitas sanctioris Theologiae professorum signum ad bene sperandum de Academia sustollit, vota pro iisdem concipite & signate. Sed hæc, Auditores, non ut vos, qui mihi studio praecurritis, excitarem, locutus sum; sed ut mea vox, quae debet esse laetantis animi index, officio functa suo videretur. Ipse potius partes meas implebo, atque magnificis viris nouis Theologiae professoribus, quos omnes non ut mortales, sed ut de coelo lapsos intuentur ac venerantur, pietate atque officio conabor satisfacere. Salve ergo Magnifice atque summe Reuerende Foertschi, sanctioris Theologiae Doctor celeberrime, eiusdemque Professor publice Primarie. Salve itidem Magnifice ac summe Reuerende Buddee, sacrarum litterarum Doctor celebratissime, Morallium atque ciuilis doctrinae in Fridericana, in Salana vero diuinioris scientiae Professor Public. Ordin. Saluete viri magni, acres, sanctimonia munerum, quae geritis, itemque meritorum in publicam rem numero ac magnitudine venerabiles. Occupate fausto omni loca in ordine Theologico a Serenissimis Nutritoribus concessa & adsignata. Gratulor vobis, viri Magnifici, non solum de felici in hanc urbem aduentu, quem suauissimum exoptatissimumque fuisse omnes norunt; sed & de munere ipso, quod suscepistis, tam arduo quam sancto demississimo animi cultu. Faxit
supre.

supremum clementissimumque Numen, quod huic rerum
vniuersitati praesidet, vt Academia per centum & quin-
quaginta annos clarissima atque in medio afflictæ reli-
gionis aestu a sapientissimo electore IO. FRIDERICO
exstructa, vestro auxilio, vestraque ope in pristinam digni-
tatem vindicetur, illaque aetate valida, lateque nunc im-
perans barbaries procul arceatur. Sufficiat VOBIS clemen-
tissimum Numen praesentes semper ad agendum vires,
vt possitis firmum & sanctum testimonium dicere pro
Christo, hostemque generis humani, aeternis in hanc opti-
marum artium sedem odiis flagrantem, vincere atque pro-
sternere. Quod super est, honoratissimi commilitones, ad
vos enim conuertam extremam partem orationis meae, su-
scipite curam & cogitationem dignam animis vestris, atque
fidelissimis, amantissimisque tantorum virorum monitis
promte obsequimini. Vobis arma & animus sit;
hisce tantis viris virtutis vestrac regimen
relinquite.

D I X L

B

PRO-